



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

254. Ut nullus Presbyter alterius parroechianum recipiat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

*Item ex eadem epistola.*

Si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam propriam pertinet parrœchiam, sine consilio & voluntate omnium comprovincia-  
 lium Episcoporum extra aliquid agere tenta-  
 verit, gradus sui periculo subjacebit, & quod  
 ita egerit, irritum habeatur & vacuum.

Calixt. ibid.  
 Capitula  
 Hadr. I. c.  
 43.

De Clericis qui præficiuntur ptochiis. *Ex  
 Concilio Chalcedonensi.*

CCLII. Clerici qui præficiuntur pto-  
 chiis, vel qui ordinantur in monasteriis & ba-  
 silicis martyrum, sub Episcoporum qui in una-  
 quaque civitate sunt secundum sanctorum pa-  
 trum traditiones potestate permaneant, nec  
 per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant.  
 Qui verò audent evertere hujuscemodi for-  
 mam, nec proprio subiciuntur Episcopo, si  
 Clerici sunt, canonum correptionibus subja-  
 cebunt; si laici vel monachi, communione  
 priventur.

Concil. Chal-  
 cedon. c. 8.  
 Lib. 7. Capi-  
 tular. c. 2.

Ut ampliùs Presbyter non habeat quàm  
 unam Ecclesiam. *Ex Capitularium*

*lib. I. cap. LXXXVI.*

CCLIII. Statutum est ut unaquæque  
 Ecclesia suum Presbyterum habeat, ubi id fie-  
 ri facultas providente Episcopo permiserit.

Lib. 1. Capi-  
 tular. c. 92.  
 Burchard. lib.  
 3. c. 46.

De eadem re. *Ex Concilio Nannetensi.*

CCLIV. Sicut enim Episcopus non plus  
 potest habere quàm unam civitatem & vir  
 unam uxorem, ita Presbyter unam tantum

Concil. Nan-  
 net. c. 8.  
 Burchard. lib.  
 3. c. 47.

Wide lib. 6.  
Capitular.  
c. 73.

Ecclesiam. Itaque nullus Presbyter plures præsumat habere Ecclesias, nisi fortè alios Presbyteros sub se in unaquaque illarum habeat qui nocturnum atque diurnum officium solemniter adimpleant & Missarum celebrationes cotidianis expleant ceremoniis.

Ut nullus Presbyter alterius parrocchianum recipiat.

Concil. Nan-  
ner. c. 2.  
Lib. 1. Capi-  
tular. c. 153.  
Burchard. lib.  
2. c. 91.

CCLV. Ut nullus Presbyter alterius parrocchianum, nisi in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad Missam recipiat.

*Caput hoc non extat in codice Helmas-  
diensi, neque in Parisiensi. Quia tamen ex in-  
diculo capitum qui præfixus est initio codicis  
Parisiensis constabat caput istud hoc loco deesse,  
nos huc transtulimus ex libro primo Capitularium.  
Vide supra cap. LXI.*

*Ex Concilio Carthaginensi.*

Concil. Car-  
thag. 1. c. 7.  
Addit. IV.  
c. 22.

Cassianus Episcopus dixit: Statuat gravitas vestra ut unusquisque Clericus vel laicus non communicet in alia plebe sine litteris Episcopi sui.

De eadem re. *Ex Capitularium lib. 1.  
tit. CLXXXVII.*

Lib. 1. Capi-  
tular. c. 154.

CCLVI. Nullus Presbyter in alterius parrocchia Missam cantare præsumat, nisi in itinere fuerit, nec decimam ad alterum pertinentem audeat recipere.

De eadem re.

CCLVII. *Deest hoc caput in codicibus*